Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



185

ipsius pectore impressa cernere imaginem sanctam.
Et licet sectari esset toga paratus. Scripturas tamen norme
ecclesiastice sicuti indesinenter exorabat pectore. Erudiebat
profecto divinitatis occulto iudicio. Nequid minus proficiens
post modum inesset beatissimo viro. Erat enim venerandus
in multitudine affabilis alloquio prudens in opere facundus
in ore. Universa morum honestate preclarus. Ludicra nichilo
minus irreligiosorum spectacula ut illud barathrum profunda re
spuebat. Obscenas uitare confabulationes iuuenum studebat
que animi purritate solent suis illecebris deturpare. Atque
euangelice admonitionis non surdus auditor. Serpentine
prudentia astucie retinens. Columbine simplicitatis
mansuetudine non amittebat. Moxque ut prediorum
amplitudo qua nimium pollebat et patrimonii census
dicioni eius cessit. Quantum circa egenos dapsilis dispensator
extiterit. Non est nostre facultatis enarrare. Iam iuxta
exemplum beati iob oculus fuit cecis et pes claudo. Ostiumque
uiatori patuit. De hinc decursis adolescentie meris. Cum
in robur uirilis euasisset etatis. Genere consimile sortitur
uxorem. Que licet nobilissimis afforet orta natalibus.
dissimilis tamen extitit moribus. Ut post modum nostre
narrationis monstrabit tractatus. Quia idcirco occultus
arbitror. Premisse degenere. Ut reuiuere esse. Ut illa beati
uiri patientia experiretur. Preconium et innocentis probatum
simplicitatis. Quia ita studuit uirtutum suarum merita occul
tare. Ut abillis qui bonis parati sunt inuidere. Merita
quadam animi dicitur. Corpore. Venationi pertra
solitus erat operam dare. Quia predia illius quibus